Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

panes et duo pisces nisi forte
nos eamus et emamus in
omne hanc turbam escas Erat
autem vnus fere quinque milia Ait
autem ad discipulos suos facite
discumbere per cõtubia quinqua
genos Et ita fecerunt et discum
bere fecerunt omnes Acceptis
autem quinque panibus et duo
bus piscibus: respexit in ce
lum et benedixit illis et fregit
et distribuit discipulis suis
ut ponerent ante turbas Et
manducauerunt omnes et sa
turati sunt Fia iij. Ad romanos

Fres. Arbitramur enim
iustificari hominem per fi
dem sine operibus legis An
iudeorum deus tantum? Nonne et
gentium; imo et gentium. quoniam quo
dem vnus deus qui iustifi
cat circumcisionem ex fide et præpu
tium per fidem. legem ergo destruimus
per fidem: et absit Quid ergo
dicemus inuenisse abraham
patrem nostrum secundum carnem. Si
enim abraham ex operibus iusti
ficatus est habet gloriam sed non
apud deum Quid enim scriptura
dicit Credidit abraham deo et
reputatum est ei ad iustitiam ei
autem qui operatur merces non
imputatur secundum gratiam: sed
secundum debitum Si autem qui non
operatur. credenti autem in eum.
qui iustificat impium reputa
bitur fides eius ad iustitiam

In illo tempore. Venit Sin lucam.
ad iesum vir nomine iairus et
ipse princeps synagoge erat
Et cecidit ad pedes iesu rogans
eum ut intraret in domum eius quia
filia vnica erat illi fere an
norum duodecim et hec morie
batur Et contigit dum ire a
turbis comprimebant eum Et mulier
quedam erat in fluxu sanguinis
ab annis duodecim: que in me
dicos erogauerat omnem sub
stantiam suam Nec ab vllo po
tuit curari Accessit retro et
tetigit fimbriam vestimenti eius:
et continuo stetit fluxus san
guinis eius Et ait iesus Quis est
qui me tetigit? Negantibus
autem omnibus: dixit petrus et
qui cum illo erant preceptor tur
be te comprimunt et affligunt.
et dicis quis me tetigit Et dixit
iesus Tetigit me aliquis: Nam
et ego noui virtutem de me exisse
Videns autem mulier quia non latuit
tremens venit et procidit ante
pedes eius et ob quam causam
tetigerit eum indicauit coram
omni populo et quomodo mo
mentum sanata sit At ipse
dixit illi filia: fides tua te
saluam fecit: vade in pace. Ad
huc illo loquente: venit quidam